









1772.

*

1. Breyer, Fr. Christophorus Fridericus: Pragana, quo
procurator universitatis ad orationem inauguralem
Fr. Christophori Fridericus Breyeri invitat.
2. Breyer, Fr. Christophorus Fridericus: De potestate iugoslavica
suppletoria ad potestate iudicaria necessaria.
3. Langius, Gerhard Christoph: De furto et necessitate com-
missio ad art. 166. ord. Crim. Carol.
4. Lang, Gerhard Christoph: De iustis et obligatio-
nibus uxoris vel repudiatæ vel ducato beneficii
communiendi communiore bonorum, maxime secun-
dam jus Wirttembergicum.
5. Hoffmann, Gersperus Daniel: De capitulo talis burgensium
sede vacante collegium principum dirigente.
6. Hoffmann, Gersperus Daniel: De interdictis exportationis
frumentorum territorialis.

1772

7. Tapingerus, Friedrichus Guelphus: De potestate iudicaria
status imperii Romano Germanici generationis, seu
mirinorum Mariae Landgraviorum in principis Danubio-
diensium speciatim.

1773

1. Causy, Eberh. Christophorus: De iure detractus speciatim
Wurtembergico.

2. Hoffmann, Godefridus Daniel: De terminis apenagiorum
ad quem sine quando apenagio deberi desinant?

3. Hoffmann, Godefridus Dan: De praecipuo conjugum
Wurtembergico rite deducendo.

4. Hoffmann, Godefridus Dan: De iure reformandi ex iustitia
mento pacis Westph. reliquis.

5. Hoffmann, Godefridus Dan: De venia aetatis feminarum
Illustrium.

6. Hoffmann, Godefridus Daniel: De successione in apenagium.

7. Hoffmann, Godefridus Dan: De aetate apenagiali sive de
terminis apenagiorum a quo.

1773

8. Kappf, Litus Tobias: De judiciis, quae Ringe - Prisdorf
vacantur

9. Schott, Christoph. Rudor: Primae lineae juris ecclesiae
universalis

10. Tafingens, Friedricus Guil: Effectus potiores communi-
nis universalis constante maximis.

1774

1. Hofacker, Conradus Christoph: De jure consuetudinis
secundum doctrinam juris naturalis et Romani.

2. Hoffmann, Gottfriedus Jacobi: Solani tuberosi esculenti
{des Grundbriuen} jura quaedam.

3. Tafingens, Friedricus Guil: Theses juridicae ..

PROFESSOR

1811

Handwritten text, mostly illegible due to bleed-through from the reverse side of the page.





DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE
I V R I B V S
ET
OBLIGATIONIBVS VXORIS
VEL
REPVDIATO VFL DENEGATO BENEFICIO
RENVNCIANDI COMMVNIONI BONORVM,
MAXIME SECVNDVM IVS WÜRTEMBERGICVM.

1772, 4.

4

1772

QVAM
FVVANTE DEO T. O. M.
RECTORE VNIVERSITATIS EBERHARDINO - CAROLINÆ
MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO ac POTENTISSIMO DVCE ac DOMINO,
DOMINO

C A R O L O,
DVCE WIRTEMBERGIAE AC TECCIAE rel. rel.
INDVLTV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
P R A E S I D E
EBERHARDO CHRISTOPH. CANZ,

PHIL. et V. J. D. HVJVSQVE PROF. PVBL. ORD. SERENISS. DOMINI
DVCIS CONSILIARIO,
PRO GRADV DOCTORIS
DIE MARTII MDCCLXXII.

H. L. Q. C.

PVBLICE DEFENDET

GVILIELMVS LVDOVICVS STORR, Stuttgart.
IVRIVM CANDIDATVS.

TYBINGÆ, LITTERIS SIGMVNDI.



REPUBLICA ITALIANA

IV R B V S

CONSIGLIO DEI VECCHI

DEI VECCHI

DEI VECCHI

DEI VECCHI

DEI VECCHI

DEI VECCHI

DEI VECCHI

DEI VECCHI

DEI VECCHI

DEI VECCHI

DEI VECCHI

DEI VECCHI

Handwritten scribble





Q. D. B. V.

§. I.

INTROITVS.

Nihil in foro frequentius est, nihil magis quotidianum, quam, ut, marito ad incitas redacto, & imminente creditorum concursu, uxores, communionem, quæ hætenus inter ipsas & maritum subliterat, sublata, eidemque nuncio misso, ad privilegia, quæ vocant, muliebria confugiant, hoc facto, dotem & illata ex illo quasi mariti naufragio, repetituræ.

Raro hoc ipsum beneficium renunciandi communioni conjugali, uxoribus denegari solet in illis certe territoriis, in quibus usu vel lege receptum est, & ubi introducta est communio inter conjuges quoad quæstus, maxime etiam in hoc Ducatu Wirtembergico. Immo, excepto uno vel altero casu, equidem haud unquam vidi sua spe excidisse uxores ad hæc beneficia provocantes. Licet enim tum imprimis indignæ habeantur hisce privilegiis, cum sua ignavia atque luxuria hanc mariti ruinam provocarunt; (a) plerumque tamen deficit hæc probatio, quæ hoc casu eo est difficilior, quia non sufficit in genere uxoris vitam probasse luxuriosam, sed abscisse probandum est, illam hoc ipso, *tantundem certe, si non plus*, ad hanc rei familiaris jacturam contulisse. (b)

A 2

Non

✠ ✠ ✠

Non igitur mirum videtur, quod magis expedita & cognita sint jura uxorum, quibus concessa sunt beneficia muliebria, quam jura & obligationes earum, quibus denegata sunt; fateor enim, mihi certe cognitum esse neminem, qui hoc argumentum specialius excusserit, dignum tamen quod specialius tractetur, cum facile fieri possit, ut aliqua uxor vel sponte sua ab hisce beneficiis abstineat, vel eadem ipsi denegentur, quo casu, quid juris sit, quænam tum hujus uxoris vel jura sint vel obligationes, sine dubio scire proficit. Eo minus igitur dubitavi in hanc quæstionem specialius inquirere, quod non omnium eandem heic esse sententiam cognitum habeo, & casus ante aliquod tempus mihi oblatus fuit, quo, denegatis uxori beneficiis muliebribus, statuendum mihi erat, quid juris uxori in concursu mariti competeret.

- (a) *Würtemb. Landrecht* P. I. tit. 76. §. Nichtweniger p. 219. ibi: sofern sie anders an ihres Mannes Verberben unschuldig. *Ref. Francof.* P. III. tit. 7. art. 6. *Jus Prov. Pal.* P. IV. tit. 7. art. 2. in fin. W. A. LAVTERBACH *Dis. de ere alieno in soc. conj. contr. solvendo* §. 71. F. C. HARPPRECHT *Tr. de renunc. acquasus conjug.* §. 141.
- (b) Ad effectum enim denegandi tanti beneficii vix mihi sufficere videtur qualiscunque etiam levior & remotior culpa, quia vix unquam uxor heic omni carebit culpa. Sed requiri mihi videtur culpa mariti culpæ certe æqualis, maxime, cum effectus, i. e. satisfactio creditoribus præstanda, producat æqualis.

§. II.

APVD ROMANOS NULLA ERAT COMMVNIO
BONORVM.

Communione Bb. inter conjuges æque ac beneficia muliebria, quæ ab illa originem repetunt suam, Romanos ignorasse, nemo est, qui nesciat. Neque etiam prisca temporibus, quibus uxores convenire solebant in manum mariti vel cogitari poterat inter illas & maritum communitio Bb., translatis quippe omnibus uxoris bonis in maritum, tanquam patrem familias, qui per uxorem æque ac per liberos acquirebat. (a) Postquam autem ob-

solevit

folevit sensim sensimque illa in manum conventio, distincta sibi servarunt sua bona à bonis mariti uxores Romanæ, & si à comuni illo, eodemque magis honorario bonorum mariti usu discesseris, (b) cum marito in bonorum communione haud vixerunt, nisi cum illo expresse societatem inivissent, (c) à marito quippe, qui sibi soli adquirebat, contra autem omnia matrimonii onera solus sustinebat, ex propriis bonis alendæ. (d)

- (a) CICERO *Topic. IV.* HEINECCIUS *Synt. Ant. Rom. L. I. Tit. 10. §. 7.*
 (b) L. 1. ff. *rer. amot. L. 5. C. de crim. expil. hered. junct. L. 51. ff. de don. inter vir. & ux.*
 (c) L. 16. §. ult. ff. *de alim. leg. L. 17. §. 1. ff. sol. matr.*
 (d) L. 22. §. 8. ff. *sol. matr.*

§. III.

APVD GERMANOS ET OLIM OBTINUIT ET HODIE PLERVMQVE OBTINET COMMUNIO BONORVM.

Diversa plane conditio erat conjugum apud Germanos aliosque populos, Gallos etiam & apud populos quoque boreales. (a) Apud hos enim (b) conjuges in condominio quodam Bb. seu communione vivebant; (c) quæ communio Bb. hodiernum in plerisque Germaniæ territoriis obtinet, (d) ita, ut raro provinciam in Germania invenire liceat, in qua non aliqua species communionis Bb. vel legibus expressis stabilita vel moribus certe & consuetudinibus introducta sit. (e)

(a) Vtrumque probat Ill. J. C. H. DREYER in der Einleitung zur Kenntniß der in geistl. bürgerlichen, Gerichts, Handlungs, Policey, und Kammerfachen von E. H. Rath der Reichsstadt Lübeck von Zeit zu Zeit ergangenen allgemeinen Verordnungen. (Lübeck 1769. 4.) Sect. I. c. 1. p. 307.

(b) An apud Visigothos & Francos hujusmodi obtinuerit communio quoad quæstus, sub iudice lis est. Cel. A. L. HOMBERGK *Diss. de C. B. inter conjuges nobiles atque illustres per Germaniam exule. §. 31. add. Leg. Visigoth. L. IV. tit. II. §. 16. Leg. Ripuar. tit. 37. §. 2.* apud

GEORGISCH in Corp. Jur. Germ. ant. p. 162. ibi: „Si autem per
 „seriem scripturarum ei nihil contulerit, si virum supervixerit,
 „quingenta solidos in dotem recipiat & tertiam partem de omni
 „re, quam simul conlaboraverint.“ Lex Sax. tit. 8. dimidiam
 quaestuum partem assignabat uxoribus. Tertiam partem illis tri-
 buunt *Capitular.* l. 4. c. 9. & l. 5. c. 295. Et ex antiquis etiam
 documentis hujusmodi communionem probare vult J. H. BOEHMER
Diss. de statu don. inter vir. & ux. ant. & hod. §. 31. 32. p. 35. seq.
 add. Ill. J. St. PÜTTER *Elem. Jur. Germ.* §. 259. not. 1. Clarius
 hujus communidnis mentionem faciunt *Spec. Suv.* c. 34. ibi:
 „Stirbt einer Frauen ihr Mann, sie bleibt in des Manns Guth un-
 „getheilt mit ihren Kindern, & c. 46. Mann und Weib mögendt nicht
 „gehaben Guth gezeweyet.“ Et *Spec. Sax.* l. 1. art. 31. verb. Mann
 und Weib haben nicht gezeweyet Guth zu ihrem Leibe.

- (c) HEINECCIUS *El. Jur. Germ.* l. 1. Tit. 12. tot. ubi longa serie
 recenset illa territoria ubi vel olim viguit vel hodiernum viget C.
 B. inter conjuges. Ill. J. G. ESTOR in *ber bürgerl. Rechtsgel. ber*
Teutschen P. I. Sect. 102. §. 730. seqq.
- (d) Inter plures, qui de hac communione testantur & quorum pluri-
 mi de juribus particularibus scripserunt, hinc inde in sequentibus
 excitandi, sufficiat heic generaliter allegasse J. M. WEYER *Comm.*
de C. B. inter conjuges eorumque divisione inter liberos demortui con-
jugis & superstitem parentem. LAVTERBACH *Diss. de societate bo-*
norum conjugali, & H. A. LANGE von der *Gemeinschaft der Güther*
unter den teutschen Eheleuten. Bayreuth 1766. 4.
- (e) Minime tamen generatim in Germania inter conjuges obtinere C.
 B. vel inde patet, quia, si etiam in universis territoriis Germania
 per leges & statuta introducta esset, inter illustres tamen & imme-
 diatos, qui juribus particularibus non subsunt, nec olim obtinuit,
 nec hodie obtinet. Ill. PÜTTER *El. Jur. Germ.* §. 271. Celeb.
 HOMBERGK *Diss. not. (b) hujus Sphi excitata.* Immo dari in
 Germania integras provincias, in quibus hæc communio exulat,
 satis probat exemplum illustre terrarum electoralium Brunsviceni-
 sum, in quibus communionem hanc non obtinere testes sunt Ill.
 D. G. STRVBEN in *den Rechtl. Bedenken P. I. Bed. 46. & laud. ESTOR*
l. c. P. I. Sect. 102. §. 731. Minime etiam in dubio pro hac com-
 muni-

munione pronuntiandum esse, ubi scilicet non extat aliqua lex particularis vel consuetudo probata, quod tamen multi contendunt, vel ex hoc solo probari posse persuasum habemus, quia, ubi prorsus silent jura patria sive universalis sive particularia, pronuntiandum est secundum jura communia recepta, adeoque in hoc argumento secundum jus civile Justinianum, cum nulla lex particularis provinciae licet proxime adjacentis subditos alienos obligare possit. Hinc etiam argumentum heic a loco ad locum non procedere recte statuunt præter WESELIUM, MEVIUS ad *Jus Lub. L. I. tit. 5. art. 5. p. 167.* C. G. HOFFMANN *Diss. de communionis bonorum conjugalium natura atque principis §. 2. not. b.*

§. IV.

NON TAMEN VBIQUE EST EADEM.

Licet igitur in plerisque Germaniae provinciis & territoriiis inter conjuges vigeat aliqua communio Bb. non tamen ubique hæc communio est eadem, sed variat. Alibi enim est universalis omnium plane bonorum, ita, ut bona quæcunque conjugum inter illos fiant communia, præsentia & futura, & quidem quoad ipsam proprietatem atque dominium communicentur, (a) quo ipso statim post initam hanc communionem neuter conjugum aliquid proprii habet, vel sive ditior sive pauperior est altero; (b) quamvis & hæc ipsa cæteroquin universalis Bb. communio, nonnunquam per statuta particularia, nonnunquam etiam per singularia pacta inter conjuges variis iterum modis restringatur & limitetur. (c) Alibi autem est saltem particularis vel simpliciter Bb., sive quoad quæstus, ita, ut bona ab utroque conjuge illata apud utrumque, etiam quoad dominium permaneant, & nonnisi quæstus, & durante conjugio sive ex utriusque bonis, sive etiam laboribus parta, communicentur. (d)

(a) Univerſalis illa proprie & κατ' ἐξοχὴν dicitur C. B. &, olim maxime, frequentissima erat. L. VEWIG *App. Diff. de succ. Conj. ad Diss. de succ. liber. p. 45. seqq.* J. H. BOEHMER *de aris alieni inter conjuges Hamburg. communionis §. 3. 5. 9. 14. 16. 18. IDEM Diss. not.*

not. (b) §. III. cit. §. 31. J. G. KNOBLAVCH Diss. de Zittaviensi C.
 B. inter conjuges §. 16. 22. 28. Pertinent huc proverbialia: Huth bey
 Schleyer und Schleyer bey Huth. J. G. WERNHER Diss. de pact.
 dot. sub form. Huth bey Schleyer und Schleyer bey Huth. D. H.
 KEMMERICH Progr. de paramia eadem. Item: Leib an Leib, Gut
 an Gut. HERTIVS Par. Jur. L. I. Par. 68. 69. Nec non: Die dem
 Mann trauet, trauet auch den Schulden. HERTIVS l. c. par. 70.
 Hujusmodi universalis obtinet in Ducatu Clivenfi. F. C. HARP-
 PRECHT, Tr. not. (a) §. 1. cit. §. 11. in Ducatu Franconia, si ex-
 tent liberi ex matrimonio, Landgerichts-Ordn. P. III. tit. 39. §. 25.
 tit. 90. §. 1. tit. 96. §. 5. F. M. A. HAYS Diss. de eo quod circa C.
 B. inter conjuges ex Ord. Prov. Franc. justum est §. 10. 12. secun-
 dum jus statutarium Suevofurtense. Stat. Suevof. Sect. 2. tit. 12.
 §. 3. seqq. tit. 17. §. 11. 15. Sect. 5. tit. 54. Sect. 7. tit. 61. §. 5. &
 tit. 62. §. ult. J. H. KLEIBERT Diss. de primariis C. B. conj. esse-
 tibus §. 30. in episcopatu Bambergensi, BALTH. DITTERICH
 Diss. de eo quod circa C. B. domini translativam inter conj. Hamb.
 justum est §. 30. 33. in nonnullis civitatibus Megapolitanis nec non
 in terris Holfaticis & Slevicensibus. ESTOR l. c. Sect. 102. §. 733.
 F. F. VOGT. in Prol. Diss. de jure conjugum in bona speciatim de
 præcipuo quod viduis nobilium in ducatus Slevic. & Holfat. ex
 jure fasciæ capillaris competit. Eandem obtinere jure Eydersta-
 diciensi & Husumensi speciatim testatur laud. VOGT. d. l. §. 13. 14.
 jure Fuldensi secundum Ord. Fuld. de 1719. allegatam ab ESTORE
 l. c. P. I. Sect. 102. §. 730. III. G. L. BOEHMER Diss. de juribus &
 oblig. conj. Superstitis ex C. B. universali §. 14. Mühlhuse. Stat. Mühlh.
 L. 4. art. 20. §. 1. 2. ESTOR l. c. §. 733. ubi tamen est aliquo
 modo restricta. Stat. Mühlh. l. c. §. 7. J. H. BOEHMER Diss. de
 er. al. inter conj. Hamb. comm. §. 13. jure Hamburgensi. Stat.
 Hamb. P. 2. tit. 5. art. 10. & P. 3. tit. 3. art. 1. J. H. BOEHMER
 Diss. cit. §. 9. 22. & H. BRÖKES de bonorum conj. inter Hamb.
 comm. §. 18. 22. Jure Lubicensi an obtineat universalis, an vero
 particularis communio controversum est, MEVIO ad Jus Lub. L. I.
 tit. 5. art. 9. p. 199. posterius, contra vero STEINIO in Comm. de
 jure Lub. P. I. §. 116. prius affirmante. Interim pro universali
 communione pro STEINII sententia & quod hæc communio omnia
 plane

plane etiam futura comprehendat bona, pronuntiavit Inclyta Ca-
 mera Imperialis, Freyh. v. Cramer Wezl. Nebenst. P. XXXIV.
 n. 2. §. 14. sqq. p. 50. sqq. jure Mindensf. Jus Mind. L. 1. tit. 13.
 art. 6. L. 2. tit. 2. art. 16. jure civitatis Hildesensf., Ill. G. L. BOEH-
 MER Difs. de jur. & obl. conj. superst. ex C. B. univ. pres. junta
 stat. Hildes. §. 14. jure Bremensf., jus Brem. P. III. tit. 3. §. 1. &
 Ordal. 86. CASP. a RHEDEN de succ. conj. sec. stat. Brem. c. 5.
 p. 17. & qui novissime de C. B. Brem. maxime scripsit DAN. KLVG-
 KIST Difs. Marp. 1771. hab. de regulis juris Rom. e doct. de societ.
 male ad C. B. inter conj. adcommodatis Sect. 2. §. 2. p. 83. jure Cul-
 mensf., jus Culm. L. 4. tit. 1. sqq. L. 3. tit. 10. Jo. BÜTTNER Difs.
 de Prutenica honor. inter conj. societate c. 1. §. 4. jure Borussico,
 jus Borussf. L. 5. tit. 12. art. 5. §. 2. & L. 1. tit. 25. jure Gedanensf.
 Stat. Ged. c. 39. C. G. HOFFMANN Difs. not. (c) §. 111. cit. §. 6. not. e.
 p. 38. De eadem consuetudine quod & in Geldria, Basilea, Scaphuse
 & alibi obtineat, vid. Idem HOFFMANN. l. c. de dynastia Gimborsensf
 testatur WEYER l. c. Obtinet porro jure Culmbacensf Landesconflit. tit.
 7. §. 1. 2. 3. 4. jure Onoldino, Duolzb. Concurbordn. Clafs. 2. §. 1. 4.
 5. 8. fol. 19. 21. Freyh. v. Cramer Wezl. Nebenst. P. LXVIII. n. 6.
 §. 13 p. 123. jure Hohenloico, J. Pr. Hohenl. P. I. tit. 4. §. 1.
 Quod tamen Jus Hohenloicum uxori, si maritus ad incitas fuerit
 redactus, tribuit jus & communioni universali renunciandi & tum
 sua illata repetendi J. Pr. Hohenl. P. VI. tit. 11. p. 215. certo modo
 jure Silesiaco & Zittaviensf, HOFFMANN d. l. §. 4. not. 6. p. 28.
 jure Memmingensf, J. R. ENGAV. Difs. de bon. inter conj. Suevos
 inpr. Memming. comm. jure Coburgensf, H. A. LANGE c. Tr. c. 3. §. 3.
 p. 63. 64. Jure Lippiaco, Perill. l. B. de CRAMER Obsf. T. I. Obsf. 326.
 In terris Oldenburgicis eandem obtinere consuetudinem, probat
 laud. Freyh. v. Cramer Wezl. Nebenst. P. XIII. nro. X. §. 16. p. 174.
 Jure Paderbornensf, ubi scil. valet jus Lubecense. Freyh. v. Cramer
 Wezl. Nebenst. P. LVI. n. VIII. §. 1. p. 86. seq. In comitatu Ravens-
 bergensf, non minus locum habere comm. Bb. absolutam, & pro-
 verb. ibi observari: Längst Leib, längst Gut, testatur Ill. FR. BEHMER
 nov. jur. contro. (Leng. 1771. 4.) T. II. obsf. 118. p. 613. Jure Stet-
 tinenf in Pomerania. M. STEIN, de eo, quod juris est, circa port.
 conj. statut. in Pomerania orientali. Jure Ulmensf. HERTIVS Epi-
 dign.



- dipn. paræm.* Par. 17. F. C. HARPPRECHT Tr. de renunc. acq. conj. §. 107. ENGAV Progr. de Bb. inter conj. Ulmenses comm. Jure Norico. Reform. Nor. tit. 28. L. 1. add. LAVTERBACH Diss. de societ. Bb. conj. c. 4. §. 3. Jure Austriaco in terris Austriacis nobis confinibus, quod ex actis comperi. Coloniz Agripp. vid. ber Stadt Cölln alte Rechte, art. 37. p. 61. BOEHMER all. Diss. de comm. &: al. inter conj. Hamburg. §. 5. Immo, quod & olim in nonnullis districtibus hujus Ducatus hæc communio Bb. universalis obtinuerit, testatur LAVTERBACH Diff. Jur. civ. & Würt. P. IV. th. 6. n. 6.
- (b) Secundum illud: Waun die Decke über den Kops ist, seynd die Ehez lente gleich reich. VOGT supra cit. loco.
- (c) Sic plerumque requiritur: daß die Decke beschlagen. Alicubi non contrahitur hæc societas, nisi liberi fuerint procreati, v. g. Jure Suevofurtensi. in ducatu Franconico. J. Prov. Franc. ll. cc. HIRNECCIUS El. Jur. Germ. L. 1. tit. 12. §. 288. 292. 293. Jure Mühlhusano. Stat. Mühlh. L. 3. art. 6. §. 1. J. H. BOEHMER c. Disp. de comm. &: al. inter conj. Hamb. §. 13. Nonnullis in locis requiritur, ut conjuges per annum & diem cohabitaverint, ut Jure Coburgensi. H. A. LANGE c. Tr. p. 63. & 64. nec non jure Bambergensi. BALTH. DITTERICH supra cit. Disp. §. 30. & 33. Præterea alibi saltem mobilia quoad proprietatem communicantur, reliqua bona illata conjuges sibi retinent propria, ut in Hassia. add. ENGAV Diss. not. (a) cit. §. 48. Sic &, quin nonnunquam per pacta dotalia certa bona ab hac communione excipi possint, & sæpe excipiuntur, nullum est dubium.
- (d) Hujusmodi communio seu societas quoad quæstum locum habet iterum in multis territoriis, v. g. quod primo loco mihi nominandum est, Jure Württembergico, Jus Prov. Würt. P. IV. tit. 5. Jure Hassiaco. Perill. I. B. de SENKENBERG Sel. jur. & histor. T. III. p. 275. J. J. FRANCK Diss. de dimidia acquestus uxoris Hassiæ. S. T. MERCKEL Diss. de dimidio atq. conj. uxoribus Smalcaldensibus compet. Jure elect. Palatino. Jus prov. Pal. P. IV. tit. 12. §. 1. Jure Bavarico electorali. Cod. Maxim. Bav. P. I. c. 6. §. 20. & 32. sqq. Jure Badensi. Jus prov. Bad. P. VI. tit. 5. §. 2. F. C. HARPPRECHT Diff. Jur. civ. & March. Bad. p. 134. Jure Franvofurtensi. Ref. Franc. P. V. tit. 4. 5. Jure Spirensi, Alsatico, & inprimis Argentoratensi, &

& maximam partem in tractibus Rheni, LAVTERBACH *Difs. de societ. Bb. conjg.* c. 1. §. 6. & c. 5. §. 13. D. SCHOEPPF Dec. 282. n. 1. & 2. sic Jure *Wormatiensi. Ref. Worm* de 1561. P. V. L. V. tit. 1. Jure *Wezlariensi. Ref. Wezl.* tit. III. & IV. III. ESTOR c. 1. §. 741. Jure *Wertheimensi.* ESTOR c. 1. & alibi,

§. V.

OBLIGAT HÆC COMMVNIO CONJVGES AD ÆS
ALIENVM COMMVNE SOLVENDVM.

Cum jure Romano secundum ea, quæ supra §. II. tradita sunt, nulla locum habuerit communio Bb. facile inde patet ratio, cur secundum jus Rom. conjux pro conjuge obligatus non fuerit, sed potius cujusque æs alienum ab illo ipso solvendum fuerit, à quo erat contractum, (a) & cur secundum idem jus Romanum, quia maritus solus obligatus erat ad onera matrimonii sustinenda, etiam illud æs alienum quod à marito, ad sustinenda licet matrimonii onera conflatum erat, à solo marito solvendum fuerit. Plane alia autem conditio est conjugum in Germania, ubi scil. communio Bb. inter conjuges obtinet. Cum enim ibi conjugum bona aliqua certe ratione fiant communia, nihil æquius, nihil magis naturale est, quam, ut etiam onera eadem ratione fiant communia, (b) adeoque etiam facile inde patet, quod etiam æs conjugum alienum & obligatio ad illud solvendum, certa ratione fiat commune. (c)

(a) t. t. C. *Ne uxor pro marito.*

(b) L. 55. ff. *pro soc.* L. 13. §. 1. ff. *de adq. vel am. post.* L. 10. ff. *de R. I. C.* 55. *de R. I. in 6to.*

(c) LAVTERBACH *Difs. de societ. Bb. conjg.* c. 5. §. 5. seqq. J. G. ESTOR l. c. P. I. Sect. 102. §. 739.

§. VI.

DIVERSO TAMEN MODO, PRO RATIONE COM-
MVNIONIS.

Non tamen eandem ubique esse rationem communionis Bb., supra diximus. (§. IV.) Cum igitur ipsa variet communio Bb. non potest

potest non etiam variare obligatio conjugum ad onera vel ad æs alienum solvendum, sed alia est ibi, ubi viget communio Bb. universalis omnium bonorum, alia autem, ubi est secundum quid talis vel simpliciter Bb. Vbi scilicet est universalis omnium bonorum, omnia conjugum bona, præsentia & futura communicantur, & quoad ipsum etiam dominium fiunt communia; hinc facile perspiciamus, cur etiam omnia onera, quæ hinc, jamjam communicatis bonis inhærent, uno verbo, omne æs alienum, etiam illud, quod ante matrimonium quisque conjugum ex suis bonis solvere debuisset, jam, cum ipsis bonis, fiat commune. Hinc etiam plerumque ubi hæc omnium bonorum societas locum habet, omne æs alienum, plane etiam illud, quod ab utroque conjugum vel ante matrimonium contractum est, fit commune & simpliciter ex illa communi Bb. massa solvendum est. (a) Vbi vero communio saltem est secundum quid talis, adeoque quoad quæstus contracta, ibi etiam obligatio conjugum ad onera & ad æs alienum saltem adtemperatur ad regulas societatis quæstum, ita, ut illud saltem æs alienum, quod societatis causa durante matrimonio contractum est, fiat commune, & ab unoquoque conjugum pro dimidia, (b) sit solvendum; (c) ita tamen, ut, cum maritus, tanquam caput familiæ & administrator communium Bb. suis contractibus societatis causa initis, & ipsam uxorem, sive scientem, sive ignorantem recte obliget, ita, ut & hæc ad dimidiam æris alieni à solo marito contracti, obstricta sit. (d)

(a) D. MEVIUS P. III. Dec. 123. & 138. IDEM ad *Fus Lub.* l. 2. tit. 5. art. 6. ABR. WESEL de *Comm. Bb.* Tr. II. c. 3. n. 1. S. STRYCK *Difs. de jure mariti in bonis uxoris.* c. 1. §. 8. BROCKES *Difs. de Bb. conjug. inter Hamburg. commun.* §. 12. KLEIBERT *Difs. not.* (a) §. IV. cit. §. 47. & 48. H. A. LANGE all. Tr. c. 7. §. 15. p. 198. Ill. J. S. F. BOEHMER *Difs. de ratione decidendi controversiarum circa port. statut. conjug.* §. 10. J. R. ENGAV *Difs. not.* (a) §. IV. cit. §. 17. G. L. BOEHMER *Difs. not.* (a) §. IV. cit. §. 20. p. 42. ubi multa allegat hunc in finem jura particularia. J. H. BOEHMER *Difs. de comm. æris al. inter conj. Hamb.* §. 5. 18. 19. 20. 21. F. M. A. HAVS, *Difs. not.* (a) §. IV. cit. §. 33. & 34. Hinc illud proverbium: *Qui épouse femme, épouse ses dettes*, sive quod idem

idem in lingua Belgica exprimitur: *Die de Man ofte Wyftrouwt, die trouwt ook de Schulden.* A. MATTHÆVS in *Paræm. Belg.* p. 39. HERTIVS *Paræm. L. 1. Parcem. 70.* Non tamen prorsus universalis est hæc propositio, aliquando enim etiam ibi, ubi communio est omnium Bb. commune saltem fit æs alienum sociale & in matrimonio contractum, quousque scil. bona communia non sunt solvendo. *Jus Stat. Hamb. P. III. tit. 3. art. 1.* J. H. BOEHMER d. *Difs. §. 32.*

- (b) Differt in hoc hæc communio conjugum licet simpliciter tantum Bb. & quoad quæstus, à societate Romana; in hac enim & lucra & damna communia fiunt, ubi pactum non subest speciale, pro ratione illatorum. *L. 6. 80. 83. ff. pro soc.*
- (c) conf. J. P. W. P. IV. tit. 4. §. *Rehmisch.* p. 437. §. *Wo aber.* p. 437. §. *Da nun.* p. 439. & §. *Da aber.* p. 440. D. SCHOFFFF *Cons. Tub. Vol. VIII. Cons. 105. n. 39.* BESOLD *ad Jus P. W. P. IV. th. 13. 19.* PLEBST *ib. th. 8.* LAVTERBACH *Difs. de societ. Bb. conj. c. 5. §. 5. seqq.* IDEM *Difs. de are alieno in societ. Bb. conj. contr. solv. c. 4. & 5.* J. H. BOEHMER *supra cit. Difs. §. 20.*
- (d) LAVTERBACH *cit. Difs. de are al. in societ. Bb. conj. contr. solv. c. 5. §. 63. seqq.*

§. VII.

HABENT TAMEN VXORES PLERVMQVE CERTA
PRIVILEGIA SEV BENEFICIA INTVITV
ÆRIS ALIENI.

Licet igitur propter communionem Bb. quæ in plerisque Germaniæ territoriis inter conjuges locum habet, uxor eo ipso etiam certa ratione teneatur ad æs alienum solvendum; plerumque tamen LL. & consuetudines, particulares licet, (a) uxoribus (b) eatenus indulgent certa beneficia, vi quorum ab hoc ære alieno communi aliquando in totum, aliquando pro parte sese liberare possunt. Nec hoc ab æquitate adeo alienum est, cum enim in communione universali omnium honorum uxor de illis tantum bonis communicandis cogitasse videatur, quæ in matrimonium intulit, cum futura plerumque adhuc in spe remota sint radicata,



& creditores etiam ad bona illa communia, quæ conjuges tempore debiti contracti possederunt, potissimum respexisse videantur; in hac universali communiōe plerumque uxor, bona communia creditoribus cedendo, eousque sese ab ære alieno liberat, ut intuitu futurorum bonorum, quæ post hanc cessionem quocunque modo adquisivit, postea ab ulteriori æris alieni, etiam præteriti, solutione non tantum immunis fiat, sed etiam pro futuro, soluta per hanc cessionem & renunciacionem communiōe Bb., pro mariti ære alieno non amplius teneatur, (c) modo ea observaverit, quæ LL. & mores cujuscunque loci desiderant. (d) Contra vero in communiōe secundum quid tali, seu simpliciter bonorum, uxor, renunciando communiōi Bb. & quæstibus, ampliora consequitur jura, ita, ut etiam sua propria bona in societatem conjugalem illata simpliciter, pro diversa tamen illorum qualitate, in diversis classibus, repetere possit, perinde, ac si nulla unquam inter conjuges substitisset communiō. (e) Cum enim hoc modo uxori liceat renunciare, & quidem retro, societati conjugali, hoc ipsum non potest non hunc producere insignem effectum, ut res in illum redigatur statum, quo fuit priusquam iniretur communiō inter conjuges, adeoque, ut uxor liberetur etiam retro ab omni ære alieno etiam sociali, (f) quod tamen à solo marito, non simul etiam ab ipsa uxore contractum est, quia alias veniret contra propria facta, & hoc ipso fidem creditoribus expresse datam, solvere posset in horum detrimentum. (g) Et hæc sunt notissima illa beneficia uxoribus in concursu cred. mariti competentia, diversa tamen, pro diversitate ipsius communiōis. Variis hæc privilegia nominibus solent insigniri, renunciacionis acquæstuum, cessionis, beneficii abstentionis, communium facultatum repudiationis, mortuariæ domus abdicacionis, *Verzicht der Errungenschaft*, prouti scilicet hæc beneficia competunt vel in communiōe omnium Bb., vel simpliciter Bb., & prouti vel ampliora sunt vel minus ampla. (h)

(a) Non enim adfirmare ausim, ubique in Germania obtinere hæc beneficia muliebria; præterquam enim quod ipsa communiō Bb. non absolute sit universalis in Germania, ne in illis quidem locis, in quibus locum habet aliqua species communiōis Bb. uxoribus semper

semper concessa videmus hæc privilegia, uti de nonnullis locis, maxime in *Flandria* testatur F. C. HARPPRECHT Tr. de *renunciacione acquisus conjug.* §. 144. & 149. add. H. A. LANGE c. Tract. c. 9. §. 8. p. 288. & C. G. HOFFMANN Dis. sæpe cit. §. 2. not. 6. p. 3.

(b) Cur uxoribus tantum, non vice versa maritis LL. indulserint hæc privilegia, ratio videtur esse, quia plerumque maritus, frequentius certe, quam uxor, contrahere solet, & hinc maritus nimio ære alieno facile onerare posset uxorem, F. C. HARPPRECHT c. Tr. §. 11.

(c) Plerumque enim, ubi locum habet communio Bb. universalis omnium Bb. uxorem tamen *ultra bona illata* non teneri, testatur F. C. HARPPRECHT. d. Tr. §. 11. facta scil. cessione omnium Bb. HARPPRECHT d. 1. §. 73. 90. 93. 105. à WESEL Tr. de *societ. Bb. conj.* Tr. 2. c. 3. n. 129. D. SCHOEPPF Dec. 2. n. 8. ita enim intelligendi sunt illi, qui negant in communione Bb. universali dari beneficia muliebria. vid. H. A. LANGE c. Tr. c. 1. §. 9. Freyh. v. Cramer Wezl. Nebenst. P. XXXIV. nro. II. §. 2. & 3. p. 34. seq. G. L. BOEHMER Dis. sæpe cit. §. 21. p. 44. seq. J. H. BOEHMER c. Dis. de *comm. eris al. inter conj. Hamb.* §. 32. ENGAV Dis. de *Bb. inter conj. Suevos, præsertim Memming. comm.* §. 22. Vbi enim est societas universalis, illata, quæ quippe quoad proprietatem jam cum altero conjugate communicata sunt, & talia esse desierunt, repeti non possunt. H. A. LANGE d. Tr. c. 9. §. 8. p. 289. cessat igitur etiam qualitas dotis, paraphernalium & sic porro. C. G. GAERTNER Dis. *Juris Rom. distinct. inter dotem & paraphernalia foris Germania non admodum admodum esse*, ENGAV d. Dis. §. 15. p. 9. F. C. HARPPRECHT Tr. de *renunc. acq. conj.* §. 105. Ita in specie hæc ipsa cessio & derelictio domus mortuarie locum habet, ut tamen illata uxor repetere nequeat, v. g. Jure *Lubecens. Jus Lub. L. 3. tit. 1. art. 10. MEVIVS ad Jus Lub. L. 1. tit. 5. art. 7. n. 26. lqq. & L. 3. tit. 1. art. 10. n. 26. lqq.* LAVTERBACH Dis. de *societ. Bb. conj.* c. 1. §. 6. D. SCHOEPPF Dec. 2. n. 17. 18. ENGAV d. Dis. §. 22. Jure *Hamburgens. Jus Stat. Hamb. P. III. tit. III.* att.

art. r. J. H. BOEHMER Dis. de comm. eris al. inter conj. Hamb. §. 32. HARPPRECHT d. Tr. de renunc. atq. conj. §. 107. Idem statutum de Jure Leodiensi. J. H. BOEHMER c. l. Jure Vlmensi. Stat. Vlm. P. I. tit. 9. §. r. D. SCHOEPPF d. Dec. 2. n. 17. & 18. Quod Friburgi in Brisgovia idem locum habeat, ut, uxor illata ex concursu mariti repetere nequeat, sed omnibus bonis presentibus cedere teneatur, testis est Idem D. SCHOEPPF c. l. Jure Paderbornensi. ubi scilicet. Jus Lubecense locum habere testis est Perill. Du. à CRAMER Wezl. Nebenst. P. LVI. n. VIII. §. r. p. 86. seq. secundum Stat. Civit. Hildesienfis. Ill. G. L. BOEHMER d. Dis. §. 20. J. R. ENGAV d. Dis. de §. 22. not. * * * * Jure Bremensi. G. L. BOEHMER c. Dis. §. 21. p. 44. seq. Jure Culmbacensi. nisi conjuges intra tres menses communioni Bb. renunciaverint. H. A. LANGGE c. Tr. c. 9. §. 8. p. 290. Jure Onolsbacensi. Perill. Du. à CRAMER c. l. P. LXVIII. nr. VI. §. 13. & 14. p. 123. Jure Nardlingensi. Ill. AYRER Anal. Jur. ad singularia Stat. Nardling. §. 17. ENGAV supra cit. Dis. §. 77. & 78. Jure Memmingensi. ENGAV c. l. §. 80. Jure Gedanensi. C. G. HOFFMANN c. Dis. §. 6. not. e. p. 38. Nec dubito plerisque in locis idem cessionis beneficium locum habere, ubi obtinet communio Bb. omnium, semper tamen ad LL. particulares erit respiciendum, cum hoc beneficium neque sequatur ex ipsa natura hujus communionis, neque etiam ab uno statuto ad alterum argumentari liceat. Singulare quid observare licuit jure Hohenloico. Licet enim in terris Hohenloicis absoluta & omnium Bb. locum habeat communio, Jus prov. Hohenl. P. I. tit. 4. §. 1. si tamen maritus decoxerit, & in concursum creditorum inciderit, potest uxor renunciare communioni Bb. etiam universali, & facta hac renunciatione, eo ipso sua illata in classibus competentibus repetere. J. Pr. Hohenl. P. VI. n. XI. p. 215. Sic etiam supra observatum fuit, nonnullis in locis communionem Bb. non statim à tempore iniri matrimonii locum habere sed alibi post consensionem thalami, alibi post annum & diem, alibi autem ex quo liberi à conjugibus procreati sunt. Vbi igitur statuta ita disponunt, ibi uxor sine dubio sua illata, dum communio Bb. nondum coepta est, repetere potest. Hoc suo modo ita sese habet Jure Lubecensi. Jus Lub. P. III. tit. 1. art. 9. J. R. ENGAV d. l. §. 22.

§. 22. not. * & Jure provinc. Franconico. Landger. Ordu. P. III. tit. 104. §. 4. 5. 6. F. A. M. HAVS supra cit. Dis. §. 37.

(d) Requiritur enim aliquando LL. & consuetudines particulares nonnulla, quæ observanda sunt, ut rite & legitime videatur facta illa cessio vel renunciatio. Ita nonnullis in locis tenetur, vestibus induta quotidianis domum mariti ante exequias derelinquere, uti de *Vltirajstinis* testatur à WESEL Tr. 2. c. 3. n. 129. Ita in *Burgundia* uxorem statim post exequias mariti super ipso ejus tumulo sese discingere debere, observat F. C. HARPPRECHT Tr. de *renunc. atq. conj.* §. 18. Alibi uxor in funere mariti, claves ejus sandapila vel sepulchro imponere tenetur, v. gr. apud *Lovanienfes*, *Brugenses*, *Medioburgenses*, *Mechlineuses*. HARPPRECHT c. 1. §. 18. Alibi judici exhibere tenetur claves & domum mortuariam relinquere, uti *Bremæ*, *Hildesi*, v. RHEDEN de *Stat. Brem. ad mercaturam compositis*. §. 51. G. L. BOEHMER supra cit. Dis. §. 20. De quo clavium ritu plura, more suo, elegantissime tradit ill. DREYER in *der Cvil. zur Kenntniß der Lüb. Verordn.* p. 306. seq. Sic Jure *Lubecensi*, si maritus solvendo non sit, intra 6. menses curatores petere, bonis cedere, seu quod vocant, *Dach bins* auftragen, & cum vestibus quotidianis domum mortuariam relinquere tenetur. *Jus Lub.* l. 3. tit. I. art. 10. licet hoc non præcise fiat judicialiter, Ill. J. St. PÜTTER in *den außerseleneu Rechtsfällen*, Dec. 23. n. 123. & seqq. Frh. v. CRAMER *Bezl. Nebenst.* P. XXXIV. nr. II. §. 1. 2. 3. p. 34. seq. & §. 20. seqq. p. 60. seqq. Sic alibi cessio vel renunciatio fieri debet intra certa præcise tempora, uti v. g. *Ipræ in Flandria*, in *Burgundia*, in comitatu *Nassovico*, *Parisiis*, jure *Lubecensi*, *Francofurtensi*, *Solmensi*, *Palatino*, & aliis. vid. HARPPRECHT d. Tr. §. 18. Alibi debet fieri coram judice, alibi non, & quæ hujus generis alia sunt, ex singulis LL. particularibus addiscenda. Quod jure prov. *Wirt.* etiam privata sufficiat renunciatio, apud nos expediti juris est. vid. BESOLD ad *J. P. W.* P. IV. th. 26. WIBEL de *contr. mul.* c. 1. n. 132. LAVTERBACH Dis. de *er. al. in soc. Bb. conj. contr. solu.* §. 72. n. 5. nec apud nos ad certum tempus, excepto longissimo tempore, adstricta est. F. C. HARPPRECHT d. Tr. §. 19.

(e) HEESER Loc. 23. n. 345. seqq. LAVTERBACH Dis. mox cit. §. 71. C HARP-

HARPPRECHT d. Tr. §. 92. 93. 94. 95. 96. 104. 106. ubi in specie de Gallia & Hispania testatur. Idem locum habet jure Württembergico. *J. Pr. Würt. P. I. tit. 76. §. Nicht weniger p. 219.* BARDILI Dils. de port. conj. statul. §. ult. LAVTERBACH d. Dils. §. 71. jure Palatino. *Jus Prov. Palat. P. IV. tit. 17. art. 2. Francofurti ad Mœnum. Ref. Francof. P. III. tit. 7. §. 5.* sic & de jure Alsatice, item Spirensi testatur HARPPRECHT d. l. §. 107. de jure Solmensi testis est ENGAV d. Dils. §. 76. Idem locum habere videtur in Ducatu Frantonia, si liberi non existant ex matrimonio. *Landger. Ordn. P. III. tit. 104. §. 4. 5. 6.* HAYS supra cit. Dils. §. 37. Plerumque tamen requiritur, ut ab omni lucro, hæreditate & portione statutaria abstineat uxor renuncians. HARPPRECHT d. l. §. 73. seqq. Singulare quid obtinet in terris March. *Brandenburgicis electoralibus;* ibi scilicet, si maritus non existat solvendo, uxoris hæredes ad æs alienum sociale tenentur quidem, sed saltem pro dimidia parte bonorum uxoris defunctæ, ita, ut alteram dimidiam hæredes sibi salvam habeant, ex edicto Regio. dd. 30. Apr. 1765. sect. 2. §. 10. Ill. FRID. BEHMER *nov. jure controuv. T. I. obl. 22. p. 220. seqq.*

(f) D. SCHOEFFE *Const. Tub. Vol. IX. Cons. 17. n. 11. seqq. & Cons. 18. n. 29. & 30.* HARPPRECHT d. Tr. §. 92. & 102. LAVTERBACH cit. Dils. §. 71.

(g) BESOLD *Cons. 92. n. 5.* HARPPRECHT d. l. §. 102. LAVTERBACH d. Dils. §. 58.

(h) HARPPRECHT d. Tr. §. 4.

§. VIII.

ALIQVANDO TAMEN VXORES NON POSSVNT PROVOCARE AD HÆC BENEFICIA.

Non vero sine omni discrimine LL. uxoribus concedunt hæc privilegia, sed nonnunquam ad illa non admittuntur. Variis modis fieri potest, ut excludantur, aliquando enim ideo repelluntur, quia suis beneficiis renunciaverunt, (a) idque vel *expresse*, vel *tacite*, dum scilicet, aliquid fecerunt, quod cum hisce beneficiis simul stare

stare non potest, (b) vel & dum ipse uxores contraxerunt, & se obligarunt, (c) vel, hoc fieri potest ideo, quia hoc vel illo casu ratio beneficiorum cessat. Rationem potissimam horum privilegiorum in eo poni, supra diximus, (§. VII. not. b.) quia maritus plerumque & sæpe solus contrahere solet, quo ipso facile thori sociam ære alieno obruere possit. Vbi igitur cessat hæc ratio, ibi etiam plerumque frustra ad beneficia muliebria provocant uxores. Hinc facile adparet, cur plerumque uxor, quæ ipsa vel maximam partem, vel certe æque ac maritus status obærat causa existit, suaque culpa decoctioni occasionem dedit, ad hæc beneficia non admittatur. (d) Quin hoc ibi plerumque sese ita habeat, ubi societas locum habet simpliciter Bb. quoad quæstus, extra dubium est. An vero idem etiam juris sit ibi, ubi communio Bb. est omnium, & ubi beneficia muliebria non nisi hoc operantur, ut uxor impetratis hisce beneficiis, & facta omnium suorum bonorum præsentium cessione, saltem quoad bona futura & in posterum demum adquirenda, à solutione æris alieni immunis fiat, alia quæstio est, paulo difficilior, vix absolute affirmanda, quia ratio privilegiorum muliebrium hoc casu potius est hæc, quod creditores contrahendo, bona potius conjugum præsentia, non æque futura, quorum adquisitio adhuc sat incerta erat, respexisse videntur, neque etiam hæc privilegia hoc casu creditoribus tantum adferunt detrimenti, quantum adferunt casu priori. Heic potius omnia ad LL. particulares videntur redire, & ubi LL. uxorem ob dissolutam œconomiam & ignaviam non expresse à beneficio cessionis excludunt, mihi hoc ipsi ideo denegandum non videtur. Plerumque etiam excidunt hisce beneficiis uxores mercatrices. (e)

(a) Quilibet enim favori pro se introducto libere potest renunciare: L. 41. ff. de min. L. pen. C. de pact. F. C. HARPPRECHT d. Tr. §. 135.

(b) Hinc si forte uxor adquæstus vel & portionem statutariam, acceptaverit, hæreditatem mariti adiverit, BARDILI Diss. de port. conj. statut. th. ult. HARPPRECHT d. Tr. §. 142. vel etiam bonis mariti quocunque modo sese immiscuerit, vel aliquid celaverit vel furripuerit, ante suam declarationem; hoc ipso enim tacite re-

nunciasset censetur suis beneficiis, HARPPRECHT d. Tr. §. 1247
137. & 138. sic & amittit sua beneficia uxor, quæ bonis non mo-
do in LL. præscripto cessit, non iusto tempore, & sic porro.

(c) F. C. HARPPRECHT d. Tr. §. 93. 95. 96.

(d) Ita constitutum legitur in *J. P. Würt. P. I. tit. 76. §. Nicht wes-
niger p. 219.* verb. sofern sie anders an ihres Manns Verderben uns-
schuldig, welches wir zu unserer Ansehung und Gericht Erkenntnis stellen.
*jure prov. Palat. P. IV. tit. 7. art. 2. in fin. nec non Francofurti ad
Mœnum. Ref. Francof. P. III. tit. 7. art. 6.*

(e) F. C. HARPPRECHT d. Tr. §. 136. ubi multa ad hanc thesin pro-
bandam congesta sunt jura particularia. Et quod in societate quæstuum
uxor meretrix excludatur suis beneficiis, vel ex eo videtur colli-
gi posse, quia hoc casu deficit ratio, quod æs alienum maximam
partem à marito sit contractum; hoc casu enim, cum maritus &
uxor promiscue negotiari supponantur, æque uxor videtur obliga-
ta ac maritus. At an in omnium Bb. communione à cessionis be-
neficio pariter excludatur, de eo liceat dubitare, ubi hoc non in
aliqua lege speciatim cautum est.

§. IX.


QVIS SIT EFFECTVS DENEGATORVM BENEFI-
CIORVM IN COMMVNIONE VNIVERSALI
OMNIVM BONORVM?

Jam, hisce præmissis principiis, ad ipsum thema propius ac-
cedimus, de juribus scil. & obligationibus uxoribus vel repudia-
tis, vel neglectis, vel & denegatis beneficiis muliebribus, seu de
effectibus repudiatorum vel denegatorum horum beneficiorum
acturi. In communione Bb. universali, seu, quæ vocatur, om-
nium bonorum, beneficia muliebria in hoc ponuntur, ut uxor,
marito mortuo vel ad incitas redacto, bonis omnibus communi-
bus, præsentibus tamen, cedere possit, hoc sine, ut futura bona,
post cessionem vel solum matrimonium acquisita, sibi servet,
nec creditoribus etiam tempore factæ cessionis jamjam existentibus,
ad hæc bona postea acquisita, ulterior detur regressus, li-
cet

cet postea hujusmodi uxor eo usque ad meliorem fortunam pervenerit, ut facile creditoribus satis facere possit. Jam, cum contrariorum contraria sit ratio, facile inde colligitur, quod, si hæc beneficia uxori non concedantur, ille effectus etiam sequi non possit, sed, quod potius uxor non solum ex mariti concursu nihil repetere possit, quod quippe, ubi est communio universalis, ne tunc quidem potest, si admittatur ad beneficia muliebria seu cessionem, (a) sed etiam uxorem creditoribus semper manere obligatam, & iisdem, licet etiam postea ad meliorem fortunam perveniat, satisfacere teneri etiam ex bonis postea acquisitis, (b) intuitu illius tamen æris alieni ad quod uxor ex statuto heic vel ibi obligata est. (c) Cum igitur uxor plerumque in communione Bb. universali teneatur ad omne æs alienum, sive ante matrimonium, etiam à marito, sive in matrimonio contractum, (d) nullum videtur esse dubium, quin hoc casu etiam mariti creditores ante matrimoniales, non solum ex præsentibus bonis communibus solutionem urgere possint, quippe quæ etiam tum, cum uxor ad beneficia muliebria & cessionem admittitur, objectum hujus cessionis constituunt, & creditoribus omnibus relinquenda sunt, (e) sed etiam postea, si uxor ad meliorem pervenerit fortunam, hanc ipsam convenire & ab hac suam petere possint satisfactionem; in communione enim universali omnium Bb. omnia bona, tum præsentia tum futura, communia fiunt, & unam quasi massam Bb. constituunt, ex qua utriusque conjugis æs alienum, in solidum etiam, dissolvendum est. (f) Possit tamen nonnunquam communionem ita iniri, ut certa bona in ipsis pactis dotalibus excipiantur & reserventur, supra dictum fuit, quo ipso deinde uxor non opus habet beneficio cessionis, sed ex ipsis pactis dotalibus tuta est, ita, ut ex bonis reservatis mariti creditoribus satisfacere non teneatur. (g)

(a) Nulla enim habet bona propria, quæ quippe omnia, quoad ipsum dominium & proprietatem, cum marito sunt communicata, ita, ut ubi hujusmodi obtinet communio, nec dos intelligatur, nec bona intelligantur paraphernalia, nec alia qualiacunque uxoris bona, à bonis mariti distincta. Weyer P. I. th. 4. §. 2. MEVIUS ad *Jus Lub. P. II. tit. 2. art. 12. n. 54.* H. A. LANGE d. Tr. c. 4. §. 2. & 8.
C 3
ENGAV





ENGAV saepe cit. Dis. §. 15. p. 9. GERTNER Dis. not. (e) §. VII. cit. Et in hoc ipso ponitur haec cessio, ut omni jure in bona communia sese abdicet, nec, praeter vestem quotidianam, quicquam ex massa communi repetat.


- (b) In communiione enim omnium bonorum & bona praesentia & futura communicanda sunt, hinc, ubi beneficium cessionis exulat, manet illa obligatio salva, & semper creditoribus tempore mortis vel concursus mariti jam existentibus, ad uxorem patet regressus, si vel maxime postea demum nova bona adquisiverit uxor. In communiione enim omnium Bb. indistincte uterque conjux concurret ad exolutionem aëris alieni. Ill. J. S. F. BOEHMER Dis. not. (a) §. VI. cit. §. 10. ENGAV c. l. §. 17.
- (c) Aliquando enim etiam ibi, ubi omnium Bb. locum habet communiio, uxor tamen non obligatur, quoad bona certe futura, nisi ad aë alienum in matrimonio, non ante matrimonium contractum. *Jus Stat. Hamb. P. III. tit. 3. art. 1. & P. II. tit. 5. art. 10. BROKES Dis. de Bb. conj. inter Hamb. comm. §. 20. J. H. BOEHMER c. Dis. de comm. aëris al. inter conj. Hamb. §. 35. Idem & locum habet Nærdlinge. Ill. AYRER Anal. jur. ad singul. Stat. Nærdl. §. 17. ENGAV d. Dis. §. 77. 78. Ita Memminge saltem communicantur bona illata, illa igitur uxor ex concursu mariti repetere nequit, bona autem vel reservata vel ex post acquisita uxori manent propria, nec creditores ex illis solutionem petere possunt; ipso jure igitur & sine singulari beneficio cessionis ibi uxor sua bona futura sibi conservat. ENGAV cit. Dis. §. 80.*
- (d) J. S. F. BOEHMER supra cit. Dis. §. 10. ENGAV c. Dis. §. 17. & 22. G. L. BOEHMER d. Dis. saepe cit. §. 7. p. 11. 12. & §. 20. p. 42. HERTIVS *Paræm. L. 1. Paræm. 70. J. H. BOEHMER mox cit. Dis. §. 5. ubi etiam de Colonia Agrippæ testatur. HAVS c. Dis. §. 35.*
- (e) In hoc ipso enim ponitur flebile illud cessionis beneficium. G. L. BOEHMER c. Dis. §. 21. p. 44. seq.
- (f) Ita de hac re expresse disponit *Jus Gedan. c. 39. C. G. HOFFMANN Dis. saepe cit. §. 6. not. e. p. 38. G. L. BOEHMER cit. Dis. §. 7. p. 11. 12. & §. 20. p. 42. adeo ut & eandem obligationem in solidum, facta licet Bb. divisione, etiam de jure Hamburgensi, contra MEVIUM ad Jus Lub. P. I. tit. 5. art. 7. n. 77. & P. III. Dec.*

Dec. 166. & à SANDE L. 2. tit. 5. def. 8. cum ABR. à WESEL *in*
comm. ad novell. constit. Ultraject. art. 6. & in Tr. de *connub. Bb.*
societ. Tr. II. c. 3. 4. seqq. adstruat J. H. BOEHMER cit. *Difs. §. 24.*
 (g) ENGAV cit. *Difs. §. 48. & 80.*

§. X.

QVIS SIT EFFECTVS REPVDIATORVM VEL DENEGATO-
 RVN BENEFICIORVM MULIEBRIVM IN COMMVNIO-
 NE BONORVM SIMPLICITER TALI, SEV
 QVÆSTVVM TANTVM?

Progredimur ad communionem Bb. simpliciter talem seu
 quoad quæstus, in id inquisituri, quisnam sit effectus repudia-
 torum vel denegatorum beneficiorum muliebrium in hac commu-
 nione, de qua nobis hac vice potissimum sermo est. Cum com-
 munitio quæstuum ipsa bona illata conjugum non quoad dominium
 & proprietatem transferat, nec communia bona unam indivisam
 massam constituent, sed saltem lucra, & onera, socialia scil.
 communia fiant; facile adparet nihil obstare, quo minus hæc com-
 munitio ad normam societatis quæstuum, in plerisque dijudice-
 tur; (a) & in omnibus fere cum hac societate convenit, nisi quod
 plerumque uterque conjugum & lucrorum & damnorum æquali-
 ter particeps fiat, non pro rata illatorum. Hinc etiam in hac so-
 cietate uxor non in solidum, sed pro dimidia saltem parte, nec
 de aliis, nisi de socialibus debitis, creditoribus obligatur. (§. VI.)
 Beneficia muliebria, quæ passim heic uxoribus competunt, in hoc
 consistunt, ut uxor adquæstibus & lucris renunciando, eo ipso
 retro societati huic nuncium mittere possit, & hoc facto, perinde
 habeatur, ac si nunquam cum marito in societate fuisset, (§. VII.)
 unde fit, ut deinde ab omni ære alieno sociali, sed à solo marito
 contracto liberetur. Jam, si ponamus, uxorem aliquam ad hæc
 beneficia non admitti, *societati itaque renunciare, Et à solutione æ-*
ris alieni sociali, à solo forte marito contracti, se liberare non poterit, sed
atenus creditoribus manebit obligata, cum & heic contrariorum con-
traria debeat esse conditio. At, cum uxor qua socia creditoribus
 non



non pro integro debito, sed saltem pro dimidia vel certa aliqua rata (b) obligata fuerit, denegatio vel repudiatio beneficiorum etiam majorem producere non poterit effectum, *quam ut uxor creditoribus adhuc obligata maneat pro sua dimidia vel pro sua rata*; cum denegatio horum beneficiorum ad nihil amplius uxores obstringat, nec ipsam societatem ejusque indolem mutet, sed id saltem efficiat, ut societas ab uxore dissolvi nequeat, nec ipsa debitis socialibus se possit subducere, sed potius illa societas, cum obligationibus intuitu creditorum perduret, & maneat firma.

(a) add. H. A. LANGE d. Tr. c. 7. §. 26. p. 226.

(b) Nonnunquam enim maritus ex quæstibus consequitur majorem portionem, v. g. $\frac{2}{3}$. & uxor $\frac{1}{3}$, quo casu, quin & hæc pro illa saltem rata teneatur ad æs alienum, vel ipsa recta ratio & societatis natura docet. conf. Bad. Landr. P. VI. tit. 5. 11. 12. ROSENTHAL de Fendis c. 5. concl. 67. n. 4. F. C. HARPPRECHT *Diff. Jur. civ. & March. Bad.* c. l. H. A. LANGE c. l. c. 7. §. 26. p. 229. Ill. J. H. C. de SELCHOW *El. Jur. Germ.* L. II. c. 1. sect. 2. tit. 2. §. 470. & Nassauische Landesordn. P. IV. c. 8. §. 2. ibi allegata.

§. XI.

FLVVNT INDE VARIA JVRÄ ET VICE VERSA VARIE OBLIGATIONES.

Cum igitur in hæc communione simpliciter Bb. effectus repudiatorum vel denegatorum beneficiorum muliebrium in hoc ponatur, ut societas, qualis ab initio contracti matrimonii, inter conjuges substitit, perduret, nec retro tollatur, adeoque etiam uxor de omni ære alieno sociali pro sua dimidia, vel pro sua rata teneatur; facile inde adparet, uxoribus ideo non omnia adimi jura, neque etiam illarum obligationem ideo duriorum & majorem fieri, quam qualis, ex ipsa societatis natura, fuerat; quænam itaque uxorum, denegatis hisce beneficiis sint jura in concursu mariti, quænam contra sint illarum obligationes intuitu creditorum, est de quo jam nobis paullo penitius dispiciendum erit.

§. XII.

§. XII.

AD IVRA PERTINET PRIMO HOC, VT VXOR NIHILOMI-
NVS IN CONCVRSV MARITI SVA ILLATA REPETERE
POSSIT, ÆQVE AC SI AD BENEFICIA
ADMISSA FVISSET.

Cum igitur denegatio beneficiorum muliebrium nihil amplius operetur, quam hoc, ut societas perduret, effectus ejus etiam alius esse non potest, quam, ut uxor creditoribus obligata maneat, quatenus & quousque illis ex ipsa societate quælibet uxor obligata est, adeoque si debita sint socialia, pro sua dimidia, vel illa rata, quam alias uxor, vi jurium particularium, de acquisitionibus participat; hæc autem obligatio æque parum repetitionem illatorum impedire potest, ac v. g. obligatio sociorum aliorum erga creditores, obesse potest divisioni bonorum communium, vel & repetitioni ejus, quod alter sociorum alteri debet; uti enim, si unus ex pluribus sociis in concursum creditorum incidat, nihil obstat, quo minus reliqui socii, à massa separent, quæ sua sunt, & repetant ex concursu, quod socius obæratu ip[s]is debet; ita etiam heic eadem plane est ratio; ex identitate autem rationis, ab analogia societatis valere argumentum ad nostram communionem Bb. quoad quæstus, supra probatum est. (§. X.) Neque etiam excogitari posset aliqua ratio sufficiens, cur uxor sua illata repetere non posset vel vindicando res singulares, vel actione pro socio ad petenda quæ maritus, vi societatis, ipsi debet, ex concursu, cum heic non unum idemque indivisum habeant patrimonium conjuges, uti in communione universali omnium bonorum, sed quilibet conjux sua bona, etiam quoad proprietatem sibi retineat distincta. Per hanc etiam repetitionem nemini fit injuria, neque massæ mariti, quæ nullum habet jus in bona uxoris, neque etiam creditoribus, quibus uxor ad nihil, nisi ad solvendam suam dimidiam vel suam ratam, obligata est. Jam vero, qui jure suo utitur, nemini facit injuriam; (a) expediti igitur juris esse videtur, quod, denegatis licet beneficiis muliebris, nihilominus sua repetere possit illata.

(a) L. 55. L. 155. §. 1. ff. de R. J.

D

§. XIII.



§. XIII.

ET QUIDEM EODEM MODO, QVO ILLA REPETIT, SI
AD BENEFICIA MULIEBRIA ADMISSA
SIT.

Potest igitur uxor sua illata ex concursu mariti nihilominus repetere, at qua ratione hoc fiat, & an intuitu suorum illatorum in concursu mariti iisdem gaudeat juribus atque privilegiis, quibus fruitur, si ad beneficia muliebria admissa fuit, alia est quæstio, de qua jam nobis breviter dispiciendum est. Duo potissimum sunt casus, quibus uxores ad hæc beneficia admitti non possunt, vel, si sua sponte, in gratiam mariti & creditorum suis se beneficiis abdicarunt, vel si, propter aliquod delictum vel factum illicitum, propter quod LL. illas suis beneficiis priuant, iisdem se indignas reddiderunt. (a) Priori casu respiana & extra omnem controversiam nobis esse videtur. Cum enim uxor, renunciando suis beneficiis, in hoc saltem consentiat, ut jam pro sua dimidia vel rata, æs alienum sociale à solo marito contractum solvat, a quo alias per sua beneficia se immunem præstare potuisset, (§. VII.) ulterius etiam hic ejus consensus operari nequit, deficiente ergo uxoris consensu, nihil obstat, quo minus sua illata eodem modo, & in eodem ordine eademque classe repetere possit, quo modo, & quo ordine illa petere potuisset, si ad hæc beneficia confugisset; sine enim facto suo, sive licito sive illicito, uxor suis juribus suisque illatis privari nequit. Accedit & illa notoria juris regula, quod omnis renunciatio sit strictissimæ interpretationis nec ultra casum expressum extendenda. (b) At quod ad alterum attinet casum, subesse heic videtur nonnihil dubii. Nam, cum supponatur, uxor hisce beneficiis ob delictum indigna; facile aliquis se inducere posset ad credendum, quod tum eo ipso jura sua singularia, certe suam hypothecam tacitam maxime privilegiariam illam hypothecam, quæ uxoris ratione dotis repetendæ competit, (c) amittat uxor, cum, secundum notissima jura, beneficiis LL. se indignum reddat, qui ipse in leges peccat. (d) Sed, nec hoc casu uxorem sua amittere jura, persuasissimum habemus, cum sine lege nemo, etiam in pœnam, suis juribus privandus sit, (e) neque

neque poenæ, quæ, sua natura, sunt strictissimæ interpretatio-
nis (f) ultra casus, in LL. expressos, sint extendendæ, & præ-
terea poena delicto commisso fat proportionata sit, siquidem uxor
jam ad dimidium omnis æris alieni sit obligata, à que alias, si
ad beneficia muliebria admissa fuisset, facillimo negotio se se libe-
rare potuisset. Immo, nulla foret ratio, cur alii creditores, per
hanc poenam uxorum deberent fieri locupletiores.

- (a) De hisce casibus videatur F. C. HARPPRECHT sæpe laud. Tr. §. 134.
138. 139. 140.
- (b) C. 5. C. 7. X. de renunciat. arg. L. 1. ff. de transact. L. 23. ff.
de donat. L. 28. ff. de probat. MENOCHIVS de presumt. L. 3.
PRÆS. 45. n. 11. BARBOSA Axx. Jur. voc. renunciatio. ax. 3. G.
F. HARPPRECHT Consf. Tub. Vol. VII. Cons. 7. n. 132. & Cons. 39.
n. 187. D. SCHOEPPF Dec. 276. n. 3. seqq.
- (c) L. un. §. 1. seqq. §. 15. C. de R. U. A. L. 12. pr. & §. 1. C. qui pot.
in pign. L. 30. C. de jure dot. Nov. 97. c. 2. Nov. 109. c. 1. add.
Fus prov. Würt. P. 1. tit. 75. §. Es sollen auch die Frauen. p. 211.
- (d) arg. L. 9. §. 2. L. 37. §. 1. ff. de min. L. 1. C. si adv. del. L. 48.
§. 1. ff. de R. N.
- (e) L. 14. ff. de religiof. Nov. 2. c. 3. §. Cum igitur. C. 2. X. ne sede
vac. C. 2. X. de Confit. F. C. HARPPRECHT Vol. nov. Cons. 37.
n. 124. G. F. HARPPRECHT Consf. Tub. Vol. VII. Cons. 56. n. 77.
IDEM Cons. 74. n. 124. D. SCHOEPPF Vol. IX. Cons. 29. n. 28.
- (f) L. 155. §. 3. ff. de R. J. C. 49. de R. J. in 6to. C. 15. de R. J. in
6to. G. F. HARPPRECHT Consf. Tub. Vol. VII. Cons. 74. n. 123.

§. XIV.

SECUNDVM ARGVMENTVM PRO NOSTRA THESI.

Quod uxor, ad beneficia muliebria licet non admiffa fuerit,
fua tamen illata in concursu mariti nihilominus repetere, & eodem
modo & ordine repetere possit, quo potest repetere, si admiffa est
ad beneficia, haftenus, uti nobis quidem persuademus, demon-
stratum fuit. Dantur tamen alia argumenta, quibus eadem the-
fis magis adhuc stabilitur. Vxor scil. qua focia mariti & vi com-
munions Bb. simpliciter talis ad nihil aliud obligatur, quam ad

dimidiam partem æris alieni socialis. Denegatio beneficiorum muliebrum hoc saltem operatur, ut jam uxor maneat focia, nec societati huic, quæ hæctenus inter ipsam & maritum substitit, nuncium mittere possit. Jam si poneremus, uxorem allata sua repetere non posse, fieri posset, ut plus solveret, quam ad quod obligata fuit, & revera etiam pro mariti parte solveret. Fac enim dimidiam æris alieni socialis esse 1000. fl. uxorem autem in matrimonium intulisse 2000. fl., si igitur uxor allata repetere non posset, plus solveret, quam ad quod esset obligata, quod esset absurdum. Immo cum inter æs alienum plura etiam esse possint debita ad solum maritum pertinentia si uxor illata ex concursu simpliciter repetere non posset, futurum esset, ut etiam hisce creditoribus solus mariti, quibus igitur uxor plane non fuerat obligata, ex bonis uxoris satisfieret, quod iterum iuribus notissimis, & toti indoli communionis Bb. simpliciter talis contrarium foret. (a)

(a) t. t. C. ne uxor pro marito. LAVTERBACH d. Dis. de ære al. in soc. Bb. conj. contr. solv. c. 4. §. 55.

§. XV.

TERTIVM ARGVMENTVM.

Non autem uxori tantum fieret injuria, si quidem ab illatorum repetitione excluderetur, sed ipsis etiam creditoribus socialibus hoc ipso inferretur injuria haud levis. Quid enim, si plures creditores anteriores & aliis præferendi essent creditores non sociales, posteriores autem vel simplices essent creditores sociales? hoc casu igitur, cum creditoribus satisfiat secundum ordinem, quo in sententia graduatoria se invicem excipiunt, satisfieret creditoribus non socialibus ex assè, ex communibus bonis, quibus adhuc immixta sunt uxoris illata, reliqui autem creditores posteriores, vel maxime sociales, & qui sui crediti dimidiam petere potuissent ab uxore, eo ipso suo exciderent jure. (a) Quo ipso satis nobis evinci videtur, quod denegatio beneficiorum muliebrum in repetitionem illatorum uxoris nullum habeat influxum, nec circa hanc quicquam possit mutare.

(a) Jure

(a) Jure autem suo nemo citra suum factum privandus est, & jus quæstum nemini invito potest auferri. L. 53. ff. de jud. L. ult. ff. de part. L. 11. ff. de R. J. Hinc etiam in simili casu bona uxoris, in detrimentum creditorum socialium massæ mariti immisceri posse negavit nostra facultas, consultâ à magistratu *Spirensi* d. 16. Martii 1723. apud SCHOEPEFFIVM Dec. 282. inprimis n. 17. 18.

§. XVI.

AN IDEM JURE WÜRTEMBERGICO LOCUM
HABEAT?

Jam specialius nobis dispiciendum est, quid apud nos, jure nostro patrio hoc casu locum habeat, an uxor, denegatis beneficiis muliebribus, illata sua repetere possit an non? Jure Würtembergico obtinere communionem secundum quid, seu simpliciter saltem talem, supra dictum fuit, eadem igitur etiam jure Würtembergico ita sese habere, quæ hactenus dicta sunt, persuasissimum habemus, cum eædem rationes, eadem argumenta hactenus proposita, etiam heic stringant. Videtur quidem nostræ sententiæ primo intuitu obstare, quod jure nostro topico uxori repetitio illatorum tum demum concessa legatur, cum appareat, illam suo luxu & sua ignavia huic rei familiaris naufragio occasionem non dedisse. (a) Jam vero, quod sub conditione permiffum est, id, casu contrario videtur denegatum. (b) Et hinc jure nostro topico, si uxor indigna habetur beneficiis muliebribus ob suum luxum vel ignaviam, non videtur repetere posse sua illata. At non tanti nobis videtur hoc argumentum, ut ideo priorem nostram sententiam deseramus. Nam verba ibi cum aliqua restrictione esse accipienda, ex ipso textu adparet, qui quippe si ita nude & crude acciperetur, notissimis juribus, & toti etiam analogiæ nostri juris patrii repugnaret. Loqui hunc textum de beneficiis muliebribus, & quod illo casu locum non habeant, omnes fere fatentur interpretes nostri juris topici. (c) Jam vero hæc beneficia tantum uxorem liberant à debitis socialibus à solo marito contractis, ergo etiam denegatio horum beneficiorum effectum contrarium producit, ut scilicet obligata maneat

pro sua dimidia intuitu æris alieni socialis à solo marito contracti, non, ut ideo jacturam patiat omnia suorum Bb. Foret hoc contrarium non solum notissimis juribus, vi quorum cessionis objectum sunt saltem bona debitoris, qui non est solvendo, non tertii, nec uxoris, (d) si autem hunc textum secundum litteram acciperemus, sequeretur, ut illo casu, quo uxor suo luxu ruinæ occasionem dedit, ejus bona fierent objectum cessionis mariti, contra jura notoria. Præterea etiam hæc ipsa sententia repugnaret toti analogiæ nostri juris topici, quod quippe uxorem obligatam vult creditoribus saltem socialibus, & quidem saltem pro dimidia, (e) ex hac autem sententia sequeretur, illam obligatam esse ultra suam dimidiam; vix igitur hoc modo accipi poterit textus allegatus; sed legislator hoc saltem innuere videtur, quod, si uxor beneficiis muliebribus sese indignam reddiderit, tum non omnia illata salva habeat, sed, repetitis licet suis illatis, pro sua dimidia obligata maneat creditoribus socialibus. Non itaque heic jus Würtembergicum discedere arbitramur à thesi supra stabilita. (f)

(a) *J. Prov. Würt. P. I. tit. 76. §. Nicht weniger. p. 219. ibi: „Nicht weniger sollen auch von solcher cession oder Abtretung ausgenommen und besreyet seyn des abtretenden Schulners Hausfrau, Kleider, Kleinodien, und was zu ihrem Leib gehöret, auch ihr zugebracht Seyratgut, Morgengab, und was sonst mehr von ihr herkommen: So fern sie anderst an ihres Manns Verderben unschuldig (welches wir zu Unserer Amtleut und Gericht Erkenntnis stellen.)*

(b) *L. 10. L. 14. ff. de adim. vel transf. leg. L. 2. ff. de peric. & comm. rei vend. L. 37. ff. de C. E. G. F. HARPPRECHT Consf. Tub. Vol. VII. Cons. 57. n. 64. & 73. D. SCHOEFFER Vol. IX. Cons. 31. n. 96.*

(c) *W. A. LAVTERBACH cit. Disf. de ere al. in soc. Bb. conj. contr. solv. §. 71. F. C. HARPPRECHT cit. Tr. §. 7. 8. & 141. Adnotator ad J. P. W. P. I. th. 156.*

(d) *L. 3. C. qui bon. ced. poss.*

(e) *J. Prov. Würt. P. IV. tit. 4. §. Nehmlich, §. Wo aber, p. 437. & §. Da aber, p. 440.*

(f) *Eandem sententiam licet saltem brevissimis fovere videtur F. C. HARPPRECHT cit. Tr. §. 139. n. 1501. & 1502. ubi statuit uxorem,*



rem, quæ ex massa mariti aliquid amovit & indigna judicata fuit suis beneficiis, non tamen ideo teneri ultra suam dimidiam.

§. XVII.

AD JURA PERTINET SECUNDO UT DIMIDIA PARS ACQVÆSTIVM MANEAT APVD VXOREM.

Ad jura uxoris, quæ ad beneficia muliebria non est admissa, etiam hoc pertinet, ut suam dimidiam vel in genere suam ratam quæstum petere possit à massa mariti. Cum enim denegatio beneficiorum muliebrum nihil aliud operetur, quam, ut societas retro non dissolvatur, sed salva maneat, qualis ab initio fuit, in societate autem hac quæstum, de qua nobis heic sermo est, quæstus communicandi sint pro dimidia, vel illa rata, quæ vi LL. ad unumquemque conjugem pertinet; (a) idem etiam fiet tum, cum uxori beneficia sunt denegata vel renunciatio quæstum non est acceptata, poterit igitur uxor sine dubio etiam ex massa concurrentis quæstus pro sua rata repetere, & in hoc igitur conspicitur magna disparitas inter illum casum, quando uxor ad beneficia muliebria est admissa, vel quando non est admissa; nam illo casu, cum societati & quæstibus retro renunciatur, nihil, quod ad quæstum pertinet, poterit repetere, (b) hoc vero casu cum societas maneat, cum etiam æque ac maritus obligata maneat ad onera societatis & æs alienum conjugale, ex eadem etiam ratione salva eidem manent sua jura in acquæstum.

- (a) W. A. LAUTERBACH Dis. de societ. Bb. conjug. c. 5. §. 5.
- (b) F. C. HARPPRECHT Resp. 67. n. 115.

§. XVIII.

QVOMODO ET QVO ORDINE REPETAT QVÆSTVS?

Cum igitur uxor denegatis beneficiis muliebribus suam quæstum partem jure suo repetere possit ex massa mariti obæratæ, sua sponte nobis sese jam offert quæstio, quomodo igitur, & quo ordine



dine uxor quæstus repetere possit? Ad quæstum varia esse referenda, passim patet ex illis, quæ hinc inde de societate conjugali quoad quæstus scripta extant. Ad quæstus possunt referri tum res corporales tum res incorporales. Quod attinet ad res corporales, videndum est, an in aliquo loco LL. vel consuetudine introductum sit, ut, quæ ad quæstum pertinent, ipso jure statim, quoad ipsum dominium communicentur, uti hoc in Ducatu Würtembergico, & pluribus aliis provinciis ita sese habet, (a) nec ne? Priori casu igitur, cum statim res aliqua acquisita pro dimidia, vel sua rata, quoad dominium ipsum & proprietatem in alterum conjugem, ergo etiam in uxorem transeat, nullum est dubium, quin uxor hæc res pro sua dimidia rei vindicatione vel communi dividendo actione petere, adeoque suam partem extra concursum jure separationis petere possit. (b) Posteriori casu, si forte nomina acquisita sint, etiam nomina plerisque in locis confestim pro rata communicantur, hinc & pro illa rata nomina pariter à massa mariti erunt separanda. (c) Quodsi vero vel hujusmodi jura non obtineant nec ipso jure ab alterutro acquisita communicentur, vel & acquisita ita sint comparata, ut ex rei natura quoad proprietatem communia fieri nequeant; alteri conjugum adeoque uxori competit non, nisi actio pro socio personalis, ad communicanda illa lucra, quæ non habet adjunctam vel tacitam hypothecam, vel alio prælationis privilegio est munita, & hinc etiam uxor eatenus nonnisi in quinta classe, inter simplices collocabitur creditores. (d)

(a) F. C. HARPPRECHT cit. Tr. §. 28. W. A. LAVTERBACH Diss. de ære al. in societ. Bb. conj. contr. solu. §. 63. ubi dissentientem BERSOLDVM ad J. P. W. P. IV. th. 29. refutat, add. Jus Prov. Würt. P. III. tit. 7. §. Wann Eheleut, & §. seq. Was alsdann, p. 350. P. IV. tit. 5. §. Und dann, p. 441. & tit. 6. §. Und dann, p. 446.

(b) Rei scil. vindicatione, si ipsius rei communis dominium sorte, quia non constat an ad acquisita pertineat, adhuc sit dubium, vel uxor præcise ad divisionem nolit provocare, sed suum sibi pro indiviso dominium servare, L. 6. L. 73. ff. de R. V. communi dividendo, si uxor ad divisionem rei communis provocet, & his casibus

sibus

fibus deinde, si forte res mariti sub hasta vendantur, non nisi illa pars, quæ pertinet ad maritum venire poterit.

(c) Quod enim multis in locis, & inprimis etiam in Ducatu *Würtembergico*, vel ipsa nomina, durante matrimonio acquisita, communia fiant ipso jure, speciatim adstruit F. C. HARPPRECHT cit. Tr. §. 28.

(d) Quæritur, quid de meliorationibus in alterutrius conjugis prædia illata factis, sit statuendum? Si durante matrimonio forte prædia obæratæ prædia illata meliora reddita fuerint, illas meliorationes, tanquam accessorium prædii ipsius, soli marito, quoad proprietatem cedere, extra dubium est, adeoque totum prædium, etiam quousque melius existit, referendum est quoad proprietatem ad massam mariti, & cum reliquis hujus bonis recte sub hasta venditur. At æstimatio tamen, quanti illa prædia, non beneficio temporis, sed propter expensas in illa factas, majoris pretii facta sunt, sine dubio pertinebit ad acquæstum, W. A. LAVFERBACH *Diss. de societ. Bb. conj. c. 4. §. 18.* hinc & dimidium hujus majoris æstimationis pertinebit ad uxorem; cum vero hoc casu, massa mariti debeat saltem ex societate, & uxori nonnisi actio pro socio personalis, nec hoc casu in ulla lege privilegiata competat, uxor ratione hujus debiti collocabitur non nisi in quinta classe inter creditores simplices. Vice versa autem si res uxoris hoc modo meliores existant, ipsæ quidem res quoad proprietatem manent uxoris, quæ itaque illas recte à massa mariti separat, interim tamen etiam æstimatio harum, quas vocant, meliorationum, erit communis & pertinebit ad acquæstum, hinc uxor tenebitur dimidium illius majoris æstimationis quoad pretium iterum restituere ad massam mariti, totam autem æstimationem restituit, si lucris renunciavit nuptialibus & ad beneficia muliebria fuit admissa, quia tum totus acquæstus pertinet ad massam mariti. F. C. HARPPRECHT *Resp. 67. n. 115.* Et, cum etiam aliquando fieri possit, ut res nonnullæ alterutrius conjugis in matrimonium illatæ, factæ fuerint deteriores per usum forte vel alio modo, sæpe etiam fieri potest, ut ideo alter conjugum alteri & speciatim etiam aliquando maritus vel ejus massa uxori ad aliquid teneatur. Ante omnia heic distinguendum est, utrum alterutrius conjugum culpa levi damnum hoc datum fuerit

E

fuerit



fuerit, an vero ex ipso usu rei consueto per attritionem vel alio
 modo, vel & an damnum datum fuerit mero casu fortuito. Pri-
 mo casu ille solus conjux, qui sua culpa damnum dedit in alterius
 re, vel etiam in re communi tenetur ad damnum illud reparandum,
 ubi scilicet LL. nihil singulare disposuerunt, cum socius socio tenea-
 tur præstare culpam levem. §. ult. *Inst. de societ. L. 52. §. 2. L. 720*
ff. pro soc. arg. L. 5. §. 2. ff. commod. Quod ipsum ideo etiam in
 nostro jure topico expresse ita constitutum est. *J. P. W. P. IV. tit.*
4. §. ult. ibi: ohne des andern Ehegänchts kundbare Schuld und Ver-
ursachung. add. W. A. LAVTERBACH Diss. de periculo rerum in so-
cietatem conjug. illat. c. 3. §. 27. Casu secundo hoc damnum, cum
 ex rei usu ad utilitatem rei familiaris communis, ortum sit, licet
 etiam in re quadam ad alterutrum conjugem pertinente datum sit,
 est tamen commune, & ab utroque conjugum ferendum, *arg. L.*
52. §. 4. ff. pro soc. L. 1. L. 2. ff. ad L. Rhod. de jactu. Jus Pr.
Würt. P. IV. tit. 4. §. Da nun von des Manns. p. 439. & §. Also
und hinwiederum. p. 440. W. A. LAVTERBACH d. Diss. de peric.
rer. in societ. conj. illat. c. 4. m. 4. §. 56. Tertio vero casu regula
 manet notissima, quod res pereat suo domino, *L. 58. ff. pro soc.*
L. 9. C. de pign. act. LAVTERBACH d. Diss. c. 4. m. 4. §. 49. lqq.
 His jam suppositis facilis decisu erit quæstio, an & quando uxor,
 licet ad beneficia muliebria non admissa fuerit, à massa tamen
 mariti aliquid repetere possit propter damna in suis rebus allatis vel
 & communibus data. Si enim res uxoris illatæ mariti culpa levi,
 probata tamen, deteriores redditæ fuerint, quin uxor illud dam-
 num repetere possit, nullum est dubium, & revera dum sua illata,
 illorumque quantitatem repetit, eo ipso consequitur, cum res,
 quas jam separat, in pretio saltem, quale jam est, non quale erat
 tempore illationis, recipiat, quod ita quotidie fieri solet, cum
 omnes res tempore inventarii facti denuo estimari soleant, secun-
 dum pretium actuale; & hoc ita se habet, sive uxor admissa fuerit ad
 beneficia muliebria, sive non fuerit admissa. Quod si vero res ux-
 oris deteriores redditæ fuerint propter communem usum, vel propter
 ipsam societatem conjugalem, heic distinguendum erit an uxor ad-
 missa fuerit ad beneficia muliebria, an non fuerit. Si admissa fue-
 rit, totum damnum uxori est restituendum, cum societati fuerit
 renun-

renunciatum, adeoque uxor nullum damnum sociale, ne quidem in suis rebus datum, ferre teneatur, & hinc hoc nomine uxori nihil potest detrahi; quodsi vero uxor ad hæc beneficia non fuerit admissa, firma manet societas, adeoque venit etiam in societatem hujus ipsius damni, & hinc ipsa quoque dimidium hujus damni ferre tenetur, quod ipsi illata repetituræ, est deducendum, uti & dimidium pretium eorum, quæ durante matrimonio in commodum rei familiaris quocunque modo alienata sunt, uxori deducendum est. Idem etiam dicendum est, si res communes factæ fuerint deteriores ob utilitatem communem rei familiaris. Et hoc casu enim uxor venit in societatem & partem damni, adeoque etiam illam rem communem pro sua dimidia acceptare tenetur, qualis jam est, vel si res non amplius existat, eo nomine nihil recipit. Sic &, si uxor, sua culpa, in rebus mariti damnum dederit, vel & in rebus communibus, eo nomine massa tenetur ad damnum resarciendum, actione pro socio.

§. XIX.

AD ONERA ET OBLIGATIONES VICE VERSA
PERTINET, QVOD IDEO VI SOCIETATIS TE-
NEATVR AD ÆS ALIENVM SOCIALE
PRO SVA PARTE.

Haftenus, brevibus licet, actum fuit de juribus uxoris, cui denegata sunt beneficia muliebria in concussu mariti, jam etiam paucis adhuc nonnihil dicendum erit, de ejus oneribus & obligationibus. Hæc iterum fluunt ex ipsa illius societatis conjugalis indole. Cum enim denegatio beneficiorum muliebrium hoc operetur, ut uxor maneat socia, ut ad omnia illa obligetur, ad quæ conjux, vi hujus societatis, obligatus est, idem etiam heic locum habebit. Scil. uxor hoc modo obligata erit ad solvendam suam dimidiam, sive suam ratam æris alieni, sed socialis, (a) sive hoc ab utroque conjugum fuerit contractum, quo casu & obligatur, licet etiam ad beneficia muliebria fuerit admissa, (b) sive à marito solo, quod ab hoc, tanquam capite rei familiaris, recte fit,

fit, (c) contractum fuerit, sive privilegiatum fuerit, sive minus privilegiatum. (d) Non tamen obligata erit in solidum nisi modo legitimo in solidum se ex justa causa obligaverit. *Adeoq̄ue creditores, quatenus § quousque uxor illis est obligata, in sententia ad uxorem erunt ablegandi.*

- (a) Quale sit æs alienum sociale de eo vid. W. A. LAVTERBACH cit. Dils. *de ære al. in soc. Bb. conj. contr. solv. c. 3.* toto; quod scil. durante matrimonio, in utilitatem communis rei familiaris conflatum est. add. F. C. HARPPRECHT Tr. *de renunc. atq. conj. §. 94.* & seqq. Hinc huc non pertinet æs alienum à solo marito, non in utilitatem rei familiaris, sed in propriam utilitatem contractum. W. A. LAVTERBACH *Consfr. Tub. Vol. II. Cons. 47. n. 67. & Cons. 105. n. 7. Cons. 173. n. 33. & 97.* Nec igitur tenetur uxor, si maritus obligatus sit propter reliqua, quæ debet ex administratione rei alienæ, *Rechnungs-Rest, D. SCHWEDER Consfr. Tub. Vol. I. C. 132. n. 45.* LAVTERBACH d. Dils. *de ære al. in soc. Bb. conj. contr. solv. c. 3. §. 48.* nisi probari possit versio in rem communem familiarem. add. H. A. LANGE supra cit. Tr. c. 7. §. 25. p. 225. Neque etiam si maritus ex alio qualicumque delicto tertio sit obligatus. D. SCHOEPFF Dec. 286. n. 10. ESTOR bürgerl. *Nachfögel. der P. I. Sect. 102. §. 739.* H. A. LANGE c. l. p. 225.
- (b) F. C. HARPPRECHT cit. Tr. §. 93. in fin. & 96. W. A. LAVTERBACH cit. Dils. *de ære al. in soc. Bb. conj. contr. solv. c. 4. §. 58.* Singulare locum habet in Ducatu *Franconia*, quod, si ibi nulli extent liberi ex matrimonio, & communio tum ideo non sit omnium Bb. sed simpliciter honorum, maritus solus obligatus sit ad æs alienum, quantumvis sociale, at à se solo conflatum. *Landger. Ordu. P. III. tit. 104. §. 9. & 11.* HAVS sæpe cit. Dils. §. 43.
- (c) W. A. LAVTERBACH sæpe cit. Dils. *de ære al. in soc. Bb. conj. contr. solv. c. 5. §. 63. & 71.*
- (d) BESOLD Cons. 92. n. 5. F. C. HARPPRECHT cit. Tr. §. 102.

§. XX.

QVOMODO IGITVR SENTENTIA SIT
CONCIPIENDA?

Ex his jam præmissis non adeo difficile erit iudicatu, quomodo igitur, denegatis uxori beneficiis muliebribus sententia sit
con-

concipienda, & quid iudici circa eam observandum sit. Cum enim uxor nihilominus sua repetat allata, & quidem eodem modo, quo reperitura esset, admissis hisce beneficiis, hæc autem allata vel adhuc in massa mariti extant, vel non extant; facile adparet, & hoc casu uxori separationem & vindicationem eorum quæ adhuc extant, esse concedendam, contra vero, uxorem, ea, quæ non amplius extant, in suis classibus repetere, deducto tamen dimidio pretio illorum quæ in communem utilitatem, rei familiaris, ex propriis vel mariti illatis alienata sunt, vel in quibus culpa uxoris levi damnum datum est, quorum quippe pretium integrum uxori est deducendum, adeoque sententia forte ita posset concipi: Daß vordrirst der Ehefrauen Titia Begehren, wegen des Verzichts der ehelichen Errungenschaft, und derselben Zulassung zu den weiblichen Freyheiten, befindenden Umständen nach, nicht statt habe, und daher, deme zufolge, sie Titia alle während der Ehe, entweder zugleich mit ihrem Ehemann, oder von diesem allein gemacht Social-Schulden, zur Halbscheid, (oder zu ihrem Antheil) zu bezahlen schuldig und verbunden, dargegen aber derselben alles das, was sie in die Ehe eingebracht, und noch in natura vorhanden sowohl, als dasjenige, was während der Ehe erkauft, oder sonst adquirirt worden, und zur Errungenschaft gehörig ist, auch ebenfalls in natura vorhanden ist, und zwar letzteres zur Helfte extra concursum jure separationis zuzustellen, und respective zuzuschneiden, nicht weniger derselben alles dasjenige was von ihren oder ihres Mariti allatis während der Ehe, gemeiner Haushaltung zu gut verkauft oder sonst veräußert worden, als eine gemeinschaftliche Einbuß von ihrem Beybringen zur Helfte abzuziehen seye, demnächst all sein des Ganthmanns eigenthümliche Haab und Güter in öffentlichem Aufstreich höchstnötlich verkauft, und von dem Erlösz dessen creditores in folgender Ordnung befriediget werden sollen, als u. f. w. Quo ipso simul observandum erit, quod singuli creditores sociales quoad dimidiam suorum creditorum, si scilicet non uterque conjux in solidum obligatus sit, quo casu & integrum creditum à massa peti potest, ad uxorem sint ablegandi (a) & cæterum uxor ratione dotis & paraphernalium in debitis classibus, ratione eorum autem, quæ ipsi ex societate debentur, in ultima classe, inter simplices creditores, sit collocanda. (b)



(a) Hinc cavendum est advocatis, ut non indistincte impugnent uxoris beneficia muliebria, facile enim fieri posset, ut principalem conditio, denegatis uxori beneficiis, fieret deterior. Quid enim, si creditori sociali, qui soli forte marito credidit, in concursu mariti ex asse satisfieri posset, uxor autem, cui denegantur beneficia muliebria, minus esset solvendo, & haberet forte creditores illi sociales, qui jam ad uxorem pro dimidia ablegatur, preferendos, hoc casu quoad uxoris dimidiam creditor nihil consequeretur, cui tamen, si uxori concessa fuissent beneficia, ex mariti massa ex asse fuisset satisfaciendum. Vnde satis, opinor, adparet, quod creditores non nisi satis circumspecte impugnare debeant uxori sua beneficia.

(b) Ita siquidem ante biennium à judice *Nissen* consultus respondit Præses, in der Weisheimer. Concurs-Sache von Friedenhausen, verb. „Und bin ich solchemnach der gänzlich-rechtlichen Meynung, daß die INtin sich der beneficiorum muliebrium nicht anmassen könne, als woraus dann von selbstien folget, daß, wie der Verlust dieser beneficiorum darinnen bestehet, daß eine solche Ehefrau sich von der Bezahlung ihrer quotæ derer Schulden nicht lösmachen kan, sondern durchaus an allen Socialschulden ihre ratam, d. i. die Helfste, qua socia, zu übernehmen hat, also auch dieselbe nunmehr alle entweder von ihrem Marito allein oder von ihr und ihrem Marito zugleich aus Unlaß des gemeinschaftlichen Hauswesens contrahirte Schulden, nicht zwar in totum, doch aber, qua socia, ex regulis societatis, zur Helfste zu bezahlen habe, und daher alle Socialschulden hier nur zur Helfste in die Ganth-Urthel zu setzen seyen &c.

T A N T V M ?





ULB Halle

3

005 362 318



VD18





Inches

Centimetres

1

2

3

4

5

6

6

7

7

8

8

9

9

10

10

11

11

12

12

13

13

14

14

15

15

16

16

17

17

18

18

19

19

8

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

B.I.G.

INAVGVRALIS JVRIDICA

DE

RIBVS

ET

ONIBVS VXORIS

VEL

DENEGATO BENEFICIO
COMMVNIONI BONORVM,
DVM JVS WÜRTEMBERGICVM.

QVAM

ITE DEO T. O. M.

ATIS EBERHARDINO - CAROLINÆ
FICIENTISSIMO,

POTENTISSIMO DVCE AC DOMINO,

OMINO

R O L O,

ERGIAE AC TECCIAE rel. rel.

VSTRIS ICTORVM ORDINIS

R AE S I D E

CHRISTOPH. CANZ,

E PROF. PVBL. ORD. SERENISS. DOMINI
CIS CONSILIARIO,

RADV DOCTORIS

MARTII MDCCLXXII.

H. L. Q. C.

BLICE DEFENDET

DOVICVS STORR, Stuttgart.

M CANDIDATVS.

Æ, LITTERIS SIGMVNDI

